



**S. D. N. Pavli, divina providentia papae Tert. Bvlla  
prorogationis sacrosancti generalis concilij. Carmen Pasqvilli  
in Pavlvn tertium Papam, fugitium à facie Concilij Mantuani.**

<https://hdl.handle.net/1874/422190>

*see*  
S. D. N. PAVLI, DIVINA  
PROVIDENTIA PAPAE TERT.

2  
*et hys*  
1577.

# BVLLA

PROROGATIONIS SACRO-  
sancti generalis Concilij.

*id est, pro-*  
*fligationis.*



CARMEN PASQVILLI IN PAVLVM TER-  
tium Papam, fugitium à facie Concilij Mantuani.

Quid est tibi Papa, quòd Concilium fugisti?  
Et uos Cardinales, quia conuersi estis retrorsum?  
A facie reformationis mora est Curia,  
A facie reformationis ueræ:  
Quæ conuerteret Papam in pauperem Plebanum,  
Et Cardinales in miseros Capellanos.


1777

S. D. N. PAVL. DIVINA  
PROVIDENTIA PAPAE TERT.

B V L L A

PROBATIONIS SACRO  
S. G. Concilii

lib. pro.  
figura



CARMINI PASOVILLI IN PAVIAM TER.  
S. P. Concilii

...  
...  
...  
...  
...

## LECTORI PIO.



**M**IDES Lector, quanto serio Papa & Car-  
 dinales Concilium uoluerint indici &  
 haberi. Prorsus ferre non possunt, ut  
 hoc tangatur ulcus, Citius dæmones rur-  
 sus feceris angelos, quàm ut perditis istis homini-  
 bus persuaseris Concilium. Manet alta mente repo-  
 situm Constantiense Concilium, spretaq; maiesta-  
 tis Pontificiæ gloria & potentia, quæ tunc subiecta  
 est Concilio, sed horribili & intolerabili exemplo,  
 depositis semel tribus Pontificibus. Deus bone,  
 quàm furiunt & pauent simul ab illo decreto, de sub-  
 iiciendis, deponendis, reformandis Pontificibus.  
 Nam uide, ut hic Paulus tertius, tergiuersetur, men-  
 tiatur, fingat, uertat omnia, ut Concilium effugiat:  
 Scilicet nunc demum ea causatio nascitur, q; Dux  
 Mantuanus recuset locum & officium suum. Hoc  
 antea non sciebant cum indiceretur. Et Ducem, nec  
 Papa, nec Cæsar mouere uel cogere possent, si ue-  
 lint. Deinde quàm strenue reseruat sibi locum de-  
 nuo eligendū, fortasse in Fortunatis insulis, aut Ta-  
 prabana designandum. Verū, à mendace quid dice-  
 tur uerū, ait sapiens: Et Curia Papæ quid diceret &  
 faceret aliud quàm id, qd se dignū est, id est, semp &  
 ubiq; omnia impudentissime mentiretur, sicut fuit,  
 est, erit mos, huius pditissimorū hominū sentinæ, si  
 mos dici potest, Satanica ista fallendi, mentiendi,  
 nocendi, securitas.

# IN NOMINE DOMINI

AMEN.



OVERINT uniuersi hoc praesens publicum transumptu inspecturi, quod nos Iacobus Puteus, I. V. D. Canonicus Sabinensis, Reuerendissimi Domini, Domini Curiae causarum Camerae Apostolicae generalis auditoris, Romanaeque Curiae iudicis ordinarij locum tenens,

*Vere plumbeas paleaceas, bullaceas.*

Habuimus, uidimus, & diligenter suspeximus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pauli diuina puouidentia Papae tertij, literas eius uera Bulla plumbea cum cordulis sericeis rubei croceique coloris more Romanae Curiae impendentibus Bullatas, & omnimoda suspicionem carentes, Quarum quidem literarum tenor contentia erat ista;

## PAVLVS

Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

*Sicut patet in ipsa Curia reformata, in qua nulla sunt scandala, sed oia comoda luporū. (quū erat dicendum)*

**D**Ecet Romanum Pontificem pro pastoralis suo officio, non solum iam orta in grege ouium sibi commissarum scandala auferre, & ne oriantur procurare, Verum etiam quantum cum Deo potest, earum commodis prouidere. Superiore itaque anno, desiderantes his malis & calamitatibus, quibus Christiana multipliciter laborat Ecclesia, pro officio nostro succurrere, uestigijs maiorum nostrorum, qui salutare remedium in similibus casibus uniuersalis Concilij celebrationem experti fuerant, inhaerendo. De uenerabili

Itum fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardina-  
um consilio & assensu oecumenicum seu uniuersale Conciliū  
in ciuitate Mantuae praesenti anno, die x xiii. mensis  
Maij. proxime futuri inchoandum, indiximus Vniuersis &  
singulis uenerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archie-  
piscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus & ceteris  
Ecclesiarum & monasteriorum praelatis ubique terrarū con-  
stitutis, mandantes, quatenus personaliter, Christianos ue-  
ro Principes & alios, qui de iure & consuetudine in huiusmo-  
di Concilio interesse debent, exhortantes, uti pro pace, salute  
& augmento Ecclesiae Dei, & ipsi personaliter (si possent)  
seu minus, per solennes Oratores suos congruo tempore,  
dicto sacro Concilio in ciuitate Mantuae, ut praefertur, cele-  
brando, deberent interesse, prout in alijs literis nostris, quas  
tum Romae in locis solitis, tū per literas & nuncios nostros  
ad hoc destinatos, in omnibus Christianitatis partibus pu-  
blicari fecimus, plenius continetur.

Cum autem nuper dicti Concilij inchoandi tempore  
appropinquante, dilectum filium, nobilem uirū Fridericum  
Ducem Mantuae, quem promptissimum in hoc futurum  
sperabamus, ut ciuitatem praedictam in hospitij, triualijs  
& alijs rebus necessarijs pararet & disponeret requisissemus,  
ipse Dux nobis super hoc respondens, non paruam huic ne-  
gotio intulit difficultatem, asserens militare praesidiū & pro  
eo nutriendo stipendiū, pro nostra & aliorum uenientiu, ad  
Conciliū, suaeque ciuitatis (ut dicebat) securitate sibi necessa-  
rium esse. Quam quidam obiectam tam sancto operi diffi-  
cultatem, licet difficillimū, & serē impossibile nobis fuisset,  
hoc tempore, quo praeter alias nostras & Apostolicae sedis  
longe solito grauiores impensas, tunc cum perfidissimus fi-  
dei nostrae hostis uniuersum Christianum imperium occu-  
pare molitur, etiam littora & urbes status nostri ab utroque  
Italico mari, defendere cogimur, pecunias alio diuertere, ta-  
men omnino superare conati fuisset, nisi rem incongruā,  
& mali exēpli iudicauissemus armatū Conciliū celebrare.

*Pulcherri-  
me fietā oē  
rationē.*

*(Conati)  
Christus p-  
dat uos ser-  
uatos Syco-  
phantas.*

*(negare)* Eidem ita q̄ Duci statim rescripsimus, ad tam sanctū  
*Hoc qd̄ et ante practi aueramus, et nūc mā gno gaudis accipimus.* opus peragendū, nec nobis nec alijs illuc cōuenturis aliquid  
*Et nō exco municas tā rebellē fili um Ecclē sie, ppter tā magnū beneficiū, (maleficiū inquam) commissum.* timendū esse, minimeq̄ æquum fore, ibi arma conspici, ubi  
*O culpa mi miū beata, qua redem pta est Cu ria à Conci gio.* libera omnium suffragia esse deberent. Ideoq̄ nihil aliud ef  
*Kalen id ē, ad Calēdas Græcas, Et locq̄ ma neat in re seruatione pectorali, mēali nūq̄ nominabili* se iam petere, quod petebat, quā cū ciuitatem prædictā mani  
feste denegare. Cum aut̄ nos multis etiā alijs rationibus  
suspicionem huiusmodi ab eius animo tollere conati fueri  
mus, idēq̄ nō semel tantū, sed pluries frustra cōtenderimus,  
coacti fuimus de loci mutatiōe, & ut maturius id facere pos  
simus, de Cōcilij celebratione ad aliquod tēpus prorogāda  
cogitare. Quod quidē tū ex eo, quia rem tam salutare, & tā  
Christianitati necessariā accelerare potius, quā differre uo  
luissēmus, tū etiā quod uerebāmur (pro ut ueremur) aliquos  
ex cōuenturis nostræ indictioni cōsisos, iter aggredi cepisse  
& suo cū incommodo & nostra molestia, uel progressuros,  
unde iam exclusi sunt, uel tanto itinere frustra suscepto in  
suam patriā redituros, certe molestissimū nobis fuit. Quan  
do aut̄ aliena, non nostra culpa ad hoc deuentū est, æquiore  
animo id ferimus. Ut igitur q̄ citius eā, quæ ex inopina  
to huius rei euentu in ipsorū cōuenturorū mentibus forsan  
oriri posset, p̄turbationē tollamus, ac eorū incōmodis (ut fie  
ri potest) occurrāmus, de præfatorū Cardinaliū cōsilio & as  
sensu, tēpus celebrādi Cōcilij huiusmodi ad Kalen. Nouerū.  
proxime futuri, progandū duximus, prout progamus, alte  
rius nō min⁹ cōmodi & idonei loci electionē, interim p̄ nos  
faciendam, ad eorum, ad quos spectat uotum, q̄ citius fieri  
poterit deducturi.

**N V L L I** ergo omnino hominū liceat hāc paginā  
nostræ progationis infringere, uel ei ausu temerario cōtra  
ire. Si quis aut̄ hoc attemptare præsumperit, indignationē  
omnipotētis Dei, ac beatorū Petri & Pauli Apostolorum  
eius se nouerit incursum.

Datū Romæ apud sanctū Petrum, Anno incarnationis  
Dñicæ 1537, duodecimo Kalen. Maij, Pōtificatus nostri,  
anno tertio.

BLOSVS.  
B. MOTTA.

Qui

Quibus quidē literis Apostolicis diligenter inspectis,  
per Notarium publicū infra scriptū, ipsas exemplari man-  
dauimus & transsumi, ac in publicā formā redigi. Decernē-  
tes & uolētes, ut huic trāsumpto publico siue exēplo, plena  
fides deinceps adhibeāt, ubilibet in locis omnibus & singu-  
lis, quibus fuerit oportunū, ipsumq; transsumptum fidem fa-  
ciat & illi stetur ac si originales ipsæ literæ apparerent.  
Quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinari-  
am interposuimus, & decretum, & ad ampliorem euiden-  
tiam præmissorum Sigillum prælibati reuerendis, Domini  
Auditoris, quo utimur, duximus apponendum.

Actum & datum Romæ in domo Prælibati Domini Au-  
ditoris, in qua iura reddi solent, hora uesperarum, & audi-  
entiæ causarum consueta, ibidem ad iura reddendum in lo-  
co nostro solito pro tribunali nostro sedentes. Sub anno à  
natiuitate Domini, Millesimo Quingentesimo Trigesimo  
septimo, indictione Decima, die uero Mercurij Sextadeci-  
ma mensis Maij, Pontificatus præfati Sanctiss. Domini no-  
stri, anno tertio, Præsentibus ibidem discretis uiris, Magi-  
stris, Philippo de Quintilij, & Iacobo Apocello, dictæ Cur-  
riæ causarum Camera Apostolicæ Notarijs testibus ad  
præmissa uocatis, atq; rogatis.

Et quia ego Iohannes Iacobus Bucca, Cur. caus. Ca-  
meræ Apostolicæ Notarius, exhibitioni, præsentationi, au-  
scultationi, & transsumptioni, suprascrip. literarum, ac om-  
nibus & singulis præmissis præsens fui, eaq; fieri uidi, & au-  
diui, suprascriptum transsumptum instrumentum, alterius  
manu scriptum exinde publicauit in fidem præmissorum  
omnium.

Iohannes Iacob. Bucca. Notarius  
qui supra scripsit.





Quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinari  
am in repositum & decretum & ad ampliorum eadem  
tam presentium sigillum p[ro]hiberi tenenda. Domini  
Auctoritate quo unum duximus apponendum.


Actum & datum Romae in domo Sanctissimi Domini Anthonii  
in diebus mensis Julii anno domini millesimo quadringentesimo  
septimo indictione Decima die vero Martii Scilicet  
sanctissime Domini Michaelis Quingentesimo Trigesimo  
tercio mensis Julii Pontificatus p[ro]p[ri]i Sanctissimi Domini  
nostri Philippi de Quirini & Jacobi Apostolice Sedis  
legatione Notarii & Apostolice Notarie scilicet ad  
presentis notarii sigillati.


Et dicit ego Johannes Jacobus Bucca Cur. cur. Cas  
tate Apostolice Notarius exhibitioni presentationi sus  
ceptioni & transpositioni subscripti. Hieronymus ac om  
nibus & singulis presentibus fuerit esse facti videlicet  
quod presentium transpositionem instrumentum aliter  
magis legitimum extendi publicum in eadem presentium  
omnium.


Johannes Jacob. Bucca Notarius  
qui supra scripsit.














Ra

E